



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 142. Vitellescus Cardinalatu ab Eugenio exutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1440.

tiae prærogativæ injuriam inferre voluit se; id enim ipse profitebatur, nec id Eugenius negabat, censebat tamen, nullum inde Cantuariensis Ecclesiæ, quam præcellere putabat, juribus præjudicium esse irrogandum.

§. CXLI.

Eugenii elogium de Cardinalatus dignitate.

Nihilominus Eugenius has literas eo fine publicasse videtur, ut opportune Cardinalium præeminentiam amplius laudibus efferret. Muneris hujus originem ex ipso veteri Testamento repetebat, ac dignitatem illam Archiepiscopali præferendam declarabat, quia agebat, illa unam duntaxat regit Ecclesiam, ista cum Sede Apostolica universas.

§. CXLII.

Vitellescus Cardinalatu ab Eugenio exutus.

Blond. 3.
Dec. 9. 10. 11.

Antonin. tit.
22. cap. 11.

Interim Eugenius non minus erat magnificus dignitatis Cardinalitiæ defensor, quam severus vindex adversus eos, qui criminum maculis eandem scedare non erubuerunt; ipso enim hoc anno graviter animadvertit in Cardinalem Vitellescum Patriarcham Aquileiensem. Is erat

erat Vir astuto peracrique ingenio, & ad ^{saecul. XV.} turbas ciendas nato. Dicebatur cum ^{A.C. 1440.} Philippo Mediolanensium Duce necnon, ut ferunt alij, cum Nicolao Picinino praefati Philippi inelyto Belliduce secreta fuisse consilia, ut Florentiam ex improvise caperet, & exercitu suo, necnon munitissimis, quas occupaverat, arcibus adjunctus, Pontificatum sibi vendicaret. Attamen haec sive vera, sive ab aemulis per invidiam conficta fuerint: id tamen certum est, quod Eugenius eo ex tempore Vitellescum comperescere decreverit, atque arcis S. Angeli Praefecto, ut eum comprehenderet, praeeperit.

§. CXLIII.

Vitellescus in captivitate mortuus.

Igitur Cardinalis, cum quadam die non-^{Addit. ad} nisi familiaribus stipatus (copias quippe ^{Ciacon.} militares jam praemiserat) urbem solus egredi vellet, die prima Aprilis ab arcis Praefecto comprehensus est. Hic enim sub honoris specie, & secretioris colloquii simulatione equi habenas moliter tractabat, Cardinalem aliquamdiu comitatus; verum confestim demissa ad signum condictum cataracta, a militibus praesidiariis intra arcem pertractus est Vitellescus, qui, cum se tueri vellet, ipse gladio perfossus paucis ex post diebus vul-